



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis, De Varietate//
librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 231

XXVII De Eleemosyna.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29814

LIBER SECVNDVS.

alia opera bonum ac deo beneplacitum fiat. Et rursum ex accedētibz causis non solum vanum, verū etiam odibile cēsetur, dicente domino: Cum ieiuna ^{Hier. 14.} uerint non exaudiam preces eorū. Illud ergo ieiunium ^{Greg.} deus approbat, quod ad eius oculos, manus elemosynarū leuat. Quod cum proximi dilectione agitur, quod ex pietate cōditur. Hoc ergo qđ tibi subtrahis alteri largire, vt vnde tua caro affligitur, inde egē et proximi caro reparetur. Hinc etenim per Prophetam dominus dicit: Cum ieiunaretis & plangeretis, ^{Zac. 7.} nunquid ieiuniū ieiunastis mihi? Et cum comeditis & bibitis, nunquid non vobis comeditis & vobismetipsis bibitis? Sibi em̄ comedit & bibit, qui alimēta corporis, quæ sunt cōmunia bona cōditoris, sine indigētibz percipit. Et sibi quisq; ieiunat, si ea quæ ad tempus subtrahit, non pauperibus tribuit, sed vētri postmodum offerēda custodit. Hinc per prophetam ^{Iohel. 1.} Iohel dicitur. Sanctificate ieiuniū. Ieiunium qđ pe sanctificare est adiunctis bonis alijs, dignam deo abstinentiam carnis ostendere.

De Eleemosyna. Caput XXVII.

Qui enim vult ordinate dare eleemosynam, a seipso debet incipere & eam sibi primum dare. ^{Aug.} Est em̄ eleemosyna opus misericordie, verissimeq; dictum est: Miserere animæ tuę placēs deo. Propter hoc renascimur vt deo placeamus, cui merito displicet, quod nascēdo contraximus. Hæc est prima eleemosyna quam nobis debemus.